Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 1087

Quelle:
Copyright:

citio tuo et ante omnia nitere in quantum preuales vires tuas ſupremas recolligere &c. Finit: *cuilibet volenti digne et deuote communicare.* Subditur: *Explicit deuotus libellus de ſacroſancto ſacramento corporis domini noſtri ihesu chriſti. ymo non tantum libellus ſed plures libelli ut patet pro diuerſitate materie. Per manus fratris Conradi Conuentualis Colon.* Sed cujus ingenio? Quod boni illi parum curabant.

VI. *fol.* 79. p. 2. *Incipit tractatulus de eo, quomodo boni differant a malis.* Initium: *Cum bonis ambula. In hoc cathonis documento præcipitur familiaritas et ſocietas bonorum et implicite prohibetur ſocietas malorum* &c. Finis: *Et ſic boni differunt a malis.* Clauſula: *Deo gratias. Explicit. Orate pro fratre Conrado. qui hoc et plura alia ad edificationem ſcripſit.* Siquidem TO *ſcripſit* ad elaborationem referendum foret, haberemus hic Aſcetam trium praecedentium Tractatuum autorem nemini, quod ſciam, hactenus memoratum, *Harzheimii*que *Bibliothecae* addendum.

VII. *fol.* 87. *Ex libro beati Auguſtini de moribus eccleſie catholice.* Excerptum incipiens a L. I. c. 31. verbis: *Quis non illos miretur et predicet* &c. usque ad C. 33. verba: *ſe fatetur invalidum.* Vide edit. *Maur.* T. I. *col.* 710.

VIII. *fol.* 91. *Collectum pro communicantibus a reuerendo magiſtro Matheo de cracouia doctore ſacre Theologye pariſien.* Alias *Dialogus Rationis et Conſcientiae.* Initium: *Multorum tam clericorum quam laycorum querela eſt non modica* &c. *Cod.* DCXXXVII. et alias ſaepe relatus in praeſenti hac gaudet clauſula: *Expliciunt diſceptationes conſcientie et rationis Reuerendi magiſtri Mathei de Cracouia* &c. ut ſupra.

IX. *fol.* 127. *Speculum Monachorum.* Initium: *Primo conſiderare debes quare veneris* &c. Legitur Opp. *Bernardi* edit. *Maur.* T. V. *col.* 809. et inter *Bonaventurae* Opera *Lugd.* 1668. f. T. VII. p. 613. inſcriptum *De Inſtitutione Novitiorum Pars* I. De eo jam dictum alibi. Ad finem praeſentis adjectum: *Et quicumque ſecutus fuerit hanc regulam pax ihesu chriſti viuit in eo Amen.*

X. *fol.* 146. Piae Contemplationes partium corporis Chriſti patientis, quas inchoant Rhythmi per modum proſae in Exemplo ſcripti, hujus tenoris:

O pugna mirabilis. O trophæum dignum.
Agnus lupum perimit innocens malignum
Qui per lignum uicerat victus eſt per lignum
Quod eſt terror hoſtium quod eſt vite ſignum &c.

XI. *fol.* 151. *Sermo beati bernardi de ſeptem gradibus confeſſionis.* In illud: *Notas mihi feciſti uias vite* &c. Pſ. 15. 10. Initium: